Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

lis edendus agnus occidebatur. et cum manna ad
esum populi adeo prouidebatur. aqua et sanguinem
mixta in passione christi populum significabat. christi sanguinem in
coniunctione. non autem uitatur in aliis sacrificiis. et ideo quamuis
sint figure christi passi non tamen sunt proprie figure huius sacramenti
sicut autem in canone misse nuntio de oblatione in
abel et abel. magis propter deuotionem offerentium quam
propter figuram rei oblate. Ad .iij. q. dicendum. quod quantum
ad id quod est signum tantum huius sacramenti expressior
figura huius sacramenti fuit oblatio melchisedech
quam figure legis moysi. sed quantum ad id quod est res et
sacramentum expressior fuit figura legis mosaice quia
expressius christi passio significabatur. et quia ritus
sacramenti consistit magis in exterioribus ideo sacerdotium
christi quantum ad ritum magis conuenit cum sacerdotio mel
chisedech quam cum sacerdotio leuitico et etiam ad ali
as conditiones melchisedech quas apostolus plenius
prosequitur ad hebreos. patet solutio ad obiecta.

AD .iiij. sic proceditur. uidetur quod nulla fuit necessitas
institutionis huius sacramenti ueniente enim ueritate debet
cessare figura. sed hoc sacramentum aliquid significat de
passione que iam realiter uenit. ergo non sacramentum in
stitui. Preterea eadem actione non instituitur et aliquid
a dispositione remouetur. sed ad eandem actionem
non debet institui nisi unum sacramentum sicut unius
uirtutis est una actio. cum ergo per baptismum mun
demur a malo. uidetur quod non oportuit institui a
liud sacramentum per quod in bono confirmemur. scilicet eucharistiam
ut infra dicitur. Preterea ex eisdem ex quibus sumus
et nutrimur ut in .iio. de generatione dicitur. sed per baptismum
quod est spiritualis regeneratio acquirimus esse spirituale
ut dicit dionysius .ij. c. ecclesiastice hierarchie. ergo per eundem reficimur
baptismalem et ita non oportet hoc sacramentum institui ad spiri
tualiter reficiendum ut infra dicitur. Sed ad perfectionem
corporis exigitur quod membra capiti coniungantur. sed per
hoc sacramentum membra ecclesie suo capiti coniunguntur
unde jo. vj. dicitur qui manducat carnem meam
et bibit sanguinem meum in me manet et ego
in eo. ergo necessaria fuit huius sacramenti institutio. Preterea
caritas non est minus necessaria quam fides. sed habemus
unum sacramentum fidei scilicet baptismum. ergo et caritatis sa
cramentum fit eucharistia. unde et gregorius dicit. uidetur quod eius in
stitutio fuit necessaria. Ulterius uidetur quod ante ad
uentum christi debuit institui. christus enim est caput
omnium iustorum qui fuerunt a principio mundi. ut i. iij.
li. d. xiij. dictum est. sicut ergo per hoc sacramentum membra
corporis mistici suo capiti coniunguntur. uidetur quod debu
it a principio mundi institui. Preterea populus israel fuit
adeo dilectissimus. unde dicitur exodi. iiij. filius meus
primogenitus israel. sed hoc sacramentum est necessarium ut dictum
est. ergo debuit institui ad hoc populo illo habente statum
Preterea hoc sacramentum dicitur manna. quia recentes ad penitentiam

inuitat confortat cotidianos lapsus reparat
sed patres qui erant ante aduentum christi ad penitentiam re
debant hospites et peregrinos se uocantes su
per terram. ut dicitur hebr. xi. et in cotidianis peccatis in
pediebantur. ergo ante aduentum christi debuit hoc
institui. Sed contra hoc sacramentum continet uerbum
incarnatum realiter. ergo institui non potuit
Ulterius uidetur quod post passionem institui debuit
quia hoc sacramentum est in memoriam dominice passio
nis ut patet .i. cor. xi. sed memoria preteritorum est
ergo ante passionem christi institui debuit.
Preterea eucharistia non nisi baptizatis debet dari. sed baptismus fuit
institutus post christi passionem quando dominus discipulis
pulis formam baptismi dedit. mathei. ult. ergo et post pas
sionem debuit institui eucharistia. Preterea in his que
sibi inuicem continue succedunt ultimum primi
et conuigi. sed dominus uoluit in cena osten
dere terminationem ueteris legis. et continuationem
noue legis ad ipsam ut exlibatur. ergo debuit
post cenam pascalem statim instituere primum
sacramentum noue legis per ordinem. et sic post pas
sionem eucharistiam que est ultimum. Sed quod uidetur quod de
buit institui a principio predicationis christi. quia que in principio
capiuntur arctius memorie imprimuntur ut patet
de his que in principio capiuntur. sed dominus uoluit ut
hoc sacramentum arctissime memorie commendare
tur. ergo debuit a principio hoc instituere. Preterea ad .i.
ad .i. q. in quolibet genere actionum in quo inueniun
tur plures actiones ordinate diuersis agentibus
ordinatis distribute oportet quod principalis illarum actio
num actribuatur principali agenti et uirtute ce
terorum agentes operantur ceteras actiones. sicut
in artibus que sibi inuicem connectuntur ut in mi
litaris equestris et frenorum factiua. et quia inueni
mus diuersas actiones sacramentales diuersis sacramentis
distributas que uirtute uerbi incarnati a
guntur. oportet quod ad perfectionem actionum huius generis esse ali
quod sacramentum actionem que ipsi in uerbo principali agenti
actribuatur quod est uerbum incarnatum et ideo op
tuit esse sacramentum eucharistie quod ipsum uerbum incar
natum contineret ceteris sacramentis tamen uirtutem
ipsius agentis et ideo conueniens magis fuit hoc sacramen
tum institutum esse. quia inter alios sensus solus
tactus est qui sentit sensibilia realiter coniungitur si
militudinibus tamen sensibilium ad alios sensus in
per medium peruenientibus. gustus autem tactus quidam
dam est et inter alia que ad tactum pertinent
solus cibus est qui agit per coniunctionem sui ad
cibatum. quia nutriens et nutritum fit unum
alia tangibilia agunt efficiendo alias impressiones
in eo quod tangitur sicut patet de calido et frigido
cibus et ideo cum omnia sacramenta nisi aliquam rem et